



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnis actus luxuriæ sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ delectationes aliorum sensum cōsequuntur coniunctionem rei delectabilis secundum solam similitudinem: sed delectationes tactus consequuntur coniunctionem rei delectabilis corporalē. & ideo circa delectationes tactus, sicut circa principiores & maiores ponuntur vitia capitalia, & non circa delectationes aliorum sensuum, nisi gustus secundum quod est tactus quidam.

AD SECVNDVM dicendum, quod ex ebrietate sequuntur omnia peccata, non secundum originem causae finalis, sed secundum prohibentis remotiōnem, in quantum stre mouet iudicium rationis, per quod homo a peccato cohibetur. unde non sequitur quod gula vel ebrietas sit caput omnium vitiorum, sicut superbia: sed quorundam specialiter quae directe ex gula oriuntur, sicut proprii eius effectus.

AD TERTIVM dicendum, quod pollutio corporis potest provenire ex causa animali, puta, ex concupiscentia delectationis apprehensae, & hoc principaliter pertinet ad luxuriam: vel ex causa corporali & intrinseca, scilicet superfluo humore interius abundante, ex quo stimulat homo ad corporis pollutionem, & secundum hoc immunditia ponitur filia gulae.

AD QVARTVM dicendum, quod superbia est appetere laeta: sed gulf est ut ex ea letitia inepra sequatur propter rationem impeditam, ut dictum est.

A 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. potest etiam contingere quod nec ratione finis; puta, si aliquis fornicando intendat generare prolem ad cultum Dei nutriendam. ergo videtur quod non omnis fornicatio sit peccatum.

¶ 4. Præter. Secundum Philo. in 15. de Animalibus Semine est superfluum alimentum: sed alia superflua licitum est qualitercumque emittere, & hoc fit absque peccato. ergo videtur quod similiter hoc contingit in emissione feminis. Non ergo omnis actus luxuriae est peccatum.

¶ 5. Præter. Illud quod est peccatum ex genere, non licet fieri quocumque bono fine, sicut illud Rom. 7. non est sicut quidam dicunt nos dicere. Faciamus mala ut veniant bona: sed sicut dicit Commenta. 5. Ethic. episcopus, id est, vir virtuosus committit adulterium cum uxore tyranni, ut tyrannum interficiens liberet patriam. ergo & adulterium non est secundum se peccatum. Multo ergo minus alii fornicationis actus.

¶ 6. Præter. Nullus actus iusti in quantum iustus est, est peccatum: sed fornicatio videtur esse actus iustitiae. Dicitur enim Gene. 38. quod Iudas dixit de Thamar cum qua fornicatus fuerat, iustior me est, vel iustificata est ex me, sicut Hebraica veritas habet, ut Hieronymus dicit. ergo fornicatio non est peccatum.

¶ 7. Præter. Aug. dicit 7. de ciuita. Dei, quod omne vitium est contra naturam: sed fornicatio est contra naturam, quia super illud Ro. 1. Nam feminae eorum immutauerunt naturalem usum, dicit Glo. Naturalis usus est, ut uir & mulier in uno concubitu coeant. ergo non est peccatum.

¶ 8. Præter. Nullum peccatum committitur secundum præceptum Dei: sed fornicatio quandoque commissa est secundum præceptum Dei. Dicitur enim Osee 1. Dixit Dominus ad Oseam, Vade sume tibi uxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. ergo fornicatio secundum se non est peccatum.

¶ 10. Præter. Cuilibet vitio quod in superabundantia consistit, opponitur uirtus in diminutione consistens: sed luxuria importat quandam superfluitatem circa concupiscentias delectationum in ueneris. Opposita autem diminutio quae est uirginitatis, vel perpetua continentia non est peccatum: sed laudabile ali quid. ergo neque luxuria semper est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebrae. 13. Sit honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. sed illud pro quo homo subiicitur diuino iudicio est peccatum. ergo fornicatio & adulterium, & omnes huiusmodi actus luxuriae sunt peccata.

¶ 2. Præter. Thobia. 4. dicitur, Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & praefer uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire: sed actus luxuriae dicuntur quod sunt praeter legitimam uxoris connubium. ergo omnis luxuriae actus est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod luxuria est quoddam vitium temperantiae oppositum, prout moderatur concupiscentias delectabilium tactus circa uenera. Sicut gula opponitur temperantiae, in quantum est moderata concupiscentiarum circa delectabilia tactus in cibis & potibus. unde luxuria quidem principaliter importat inordinationem quandam, circa concupiscentias delectationum in ueneris secundum superabundantiam, huiusmodi autem inordinatio potest esse uel in solis interioribus passionibus, uel etiam ulterius in ipso exteriori actu, qui est inordinatus secundum se ipsum, & non solum propter inordinatam concupiscentiam a qua procedit: Ad inordinatam enim concupiscentiam pertinet, ut propter concupiscentiam

Quaest. dist. S. Tho. Y 3 tiam

1. de generatione animae lib. c. 19. paulo a principi. tom. 3.

In lib. q. hebraicam in Genesim in 3. folio ante finem libri tom. 3. Li. 4. ca. 11. & lib. 11. ca. 17. August. in li. 2. de superis & concup. c. 19. & 20. to. 7.

QVAESTIO XV.

De Luxuria.

In quatuor articulos diuisa.

¶ Primo enim quaeritur, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum omnis actus luxuriae sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum species luxuriae conuenienter distinguantur.

¶ Quarto, Vtrum luxuria sit uitium capitale.

ARTICVLVS I.

Vtrum quilibet luxuriae actus peccatum sit.

QVAESTIO est de luxuria, & primo quaeritur, utrum omnis actus luxuriae sit peccatum, & uideatur quod non. Fornicatio enim est actus luxuriae: sed ipsa connumeratur quibusdam, quae non sunt peccata, sed secundum se licita. Dicitur. n. Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere oneris uobis quam haec necessaria, ut abstineteis uos ab immolatis simulacrorum, & sanguine suffocato, & fornicatione: sed nullus cibi estis secundum se est peccatum, secundum illud 1. Tim. 4. Nihil rei sciendum quod cum gratiarum actione percipitur. ergo neque fornicatio est peccatum: & ita non omnis actus luxuriae est peccatum.

¶ 2. Præter. Cognoscere mulierem est actus naturalis, & ita quantum est de se non est peccatum, sicut nec uidere ipsam, cum utrumque sit actus eiusdem naturalis potentiae: sed uidere mulierem non suam non est peccatum. ergo neque cognoscere non suam.

¶ 3. Præter. Si fornicatio est peccatum, aut hoc est ratione potentiae a qua egreditur actus, aut ratione materiae, aut ratione finis: sed fornicatio non est peccatum ratione potentiae, quia potentia a qua egreditur actus, naturalis est: neque etiam ratione materiae, quia materia est femina ad hunc usum a Deo creata, secundum illud Gene,

E

tiam delectabilis aliquis actum exerceat, qui secundum se est inordinatus: sicut patet circa concupiscentias pecuniarum, potest enim esse inordinata concupiscentia acquirendi, uel retinendi pecunias suas sibi debitas, & tunc talis acquisitio uel retentio pecunie non est uitiōsa secundum se, sed solum secundum quod ex immoderata concupiscentia provenit, quandoque uero ex inordinata concupiscentia pecuniarum provenit, quod homo etiam uelit accipere uel retinere aliena, & tunc ipsa acceptio uel retentio secundum se inordinata est, & non solum secundum quod ex inordinata concupiscentia procedit, & utriusque pertinet ad uitium illiberalitatis, ut patet per Philosophum in 4. Ethic. Similiter etiam dicendum est de luxuria, quia quandoque quidem importat solum inordinationem interioris concupiscentiæ: sicut patet in eo qui ex immoderata concupiscentia accedit ad uxorem suam: tunc enim ipse actus non est inordinatus secundum se, sed solum secundum quod procedit ex inordinata concupiscentia. quādoque uero est inordinatione concupiscentiæ, est etiam inordinatio ipsius actus exterioris secundum se ipsum, sicut contingit in omni uisū genitalium membrorum præter matrimonialem actum, & quod omnis talis actus sit inordinatus secundum se ipsum, apparet ex hoc quod omnis actus humanus debet esse inordinatus, qui non est proportionatus debito fini: sicut comestio est inordinata si non proportionetur corporis salubritati, ad quam ordinatur, sicut ad finem. Finis autem usus genitalium membrorum est generatio, & educatio prolis: & ideo omnis usus prædictorum membrorum, qui non est proportionatus generationi prolis, & debita eius educationi, est secundum se inordinatus. Quicumque autem actus prædictorum membrorum est præter commissionem maris & femine, manifestum est, quod non est ad modum generationi prolis. Ois uero commissio maris & femine præter legem matrimonii est improporcionata debita prolis educationi. est enim lex matrimonij iustituta ad excludendum uagos concubitus, qui contrariantur certitudini prolis. Si enim quilibet posset indifferenter ad quamlibet accedere, quæ non esset sibi determinata, tolleretur certitudo prolis: & per consequens sollicitudo patris circa educationem filiorum. & hoc est contra id, quod conuenit humane naturæ: quia naturaliter homines sunt solliciti de prolis certitudine, & de educatione suorum filiorum. Magis etiam hoc pertinet ad patres, quam ad matres: quia educatio ad matres pertinet est circa infantilem ætatem, postea autem ad patrem pertinet educare filium, & instruere eum, & thesaurizare ei in tota uita. Sic autem uidemus & in aliis animalibus, quod in quacumque specie animalis proles nata indiget communi educatione maris & femine, ubi non est uagus coitus, sed maris ad aliquam femellam determinate, ut patet in omnibus animalibus simul indificantibus. Unde manifestum est, quod omnis commissio maris & femine præter legem matrimonii excludentem uagos concubitus, est de se inordinata, non autem nunc agitur, utrum ista determinatio fiat ad unam habendam uel ad plures, uel diuisibiliter uel indiuisibiliter. hæc enim ad questionem de matrimonio pertinet, sed qualitercumque hoc sit, oportet quod omnis commissio maris & femine præter matrimonii legem sit inordinata. Sic ergo omnis luxuriæ actus est peccatum, uel per inordinationem actus, uel etiam per inordinationem solius concupiscentiæ, quæ inordinatio primo & per se ad luxuriam pertinet. Dicit enim Augustinus 13. de ciui. Dei, quod luxuria non est uitium pulchrorum suauisque

corporum: sed anime peruerse amantis corporum uoluptates neglecta temperantia, qua rebus turpioribus, suauia suauioribusque aptamus. AD PRIMVM ergo dicendum, quod Apostoli uolunt in primitiua ecclesia conuersos ex gentibus unum conuenire cum his, quod ex Iudeis erat conuersos dimissa huius unionis excluderent, ex utraque parte puritates id, quod alijs onerosum esse possit, & in talibus interdixerunt quod Iudeis erat molestum, non hac consideratione an essent peccata uel non, sed quia scandalum faciebatur. Gentiles enim eximitur omnem cibum secundum se illicitum esse ad edendum quod uerum erat: sed Iudei hoc abhorrebant, quod contra finem legis consuetudinem. & ideo Apostoli gentes interdixerunt pro tempore illo cibos maxime abominabiles Iudeis. E contrario uero Gentiles saluo erant ab inordinata fornicatione simpliciter non esse peccatum, quod Iudei uere sicut peccatum abominabatur in quantum per legem. & ideo hoc etiam Apostoli prohiberent tanquam peccatum, & cum hoc distiduum genere AD SECUNDVM dicendum, quod ad nihil prohibet aliquid esse meum ad uidendum, quod tamen est meum ad aliquod alium usum: sicut aurum quod in platea ponitur est meum ad uidendum, nec meum ad possidendum. Similiter etiam mulier potest esse alicuius ad uidendum uel etiam ad possidendum, sicut ancilla: non tamen ad usum concubitus est nisi secundum determinationem legis matrimonii. AD TERTIVM dicendum, quod actus luxuriæ est ratione potestatis, in quantum concupiscentibus non necitur sub ordine rationis: & ratione materiz, quia conueniens generationi & educationi prolis, solum requirit mulierem pro materia: sed etiam materem matrimonio determinatam, ut dictum est. Et etiam ipsius actus secundum suam naturam est inordinatus, licet ex intentione agentis potest esse inordinatus, qui non sufficit ad exculationem actus, in eo qui furatur intendens eleemofynam dare. AD QVARTVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in libro de moribus, Semen est superfluum quidem quantum ad actum nutritiuum: sed quo indiget ut generetur proles. & ideo omnis uoluntaria emissio seminis illicita, nisi secundum conuenientiam ad hanc naturam intentionem. Alia uero superflua, ut sunt uagina, & huiusmodi sunt superflua quibus nocentur. & ideo non refert qualitercumque emittatur. AD QVINTVM dicendum, quod ille comestor non est sustinendus, pro nulla enim utilitate aliquis adulterium committere, sicut nec necesse dicitur debet aliquis propter utilitatem aliquam Augustinus dicit in libro contra mendacium. AD SEXTVM dicendum, quod Thamar dicitur in scripturis iustificata, non propter fornicationem quam commisit: sed quia ex alio genere sibi prolem genuit, sicut quædam ex eo unde sibi uir debebatur. AD SEPTIMVM dicendum, quod actus luxuriæ potest dici contra naturam dupliciter. Vno modo dicitur contra naturam, quia scilicet est contra naturam omnium animalium. & sic omnis actus luxuriæ præter commissionem maris, & femine dicitur esse contra naturam, quod tamen non est proportionatus generationi prolis, quolibet genere animalis sit ex commissione prolis que sexus, & hoc modo loquitur Glossa. Alio modo dicitur esse aliquid contra naturam, quia est contra naturam propriam hominis, cuius est ordinatio generationis actum ad debitam educationem: & sic omnis fornicatio est contra naturam.

li. 4. et non remote a fine tom. 5.

li. 13, ca. 28. circa medium tom. 5.

Ad octavum dicendum, quod sicut propter preceptum Dei in cuius potestate sunt omnia, id quod alias dicitur furtum, fuit non furtum filii Israel Aegyptios spoliantibus, ut dicitur Exod. 12. ita & propter auctoritatem ipsius Dei qui est supra legem matrimonii, concubitus ille non dicitur fornicarius qui alias fornicarius fuisse, unde dicitur uxor fornicationum, & fornicationum filii, non quia tunc esset fornicatio sed quia alias fornicatio fuisse.

Ad nonum dicendum, quod uirginitas seu perpetua continentia non opponitur luxurie sicut extremum: sed sicut medium, eo quod medium in uirtutibus non accipitur secundum quantitatem: sed secundum rationem rectam, ut de magnanimo Philosophus dicit in 4. Ethic. Extremum autem secundum diminutionem est, si quis propter rationem rectam a carnali commotione abstineret, ut patet in eo qui debuit uxoris reddere contentum, uel qui abstinet propter aliquam reuerentiam demonum, sicut nigromantici & uirgines ueliales.

ARTICVLVS II.

Verum omnis actus luxurie sit peccatum mortale.

Secundo queritur, utrum omnis actus luxurie sit peccatum mortale. & utrum non: quia super illud 1. Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, dicit Glossa Ambrosii. Omnis summa disciplina Christiana in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur, sine dubio uapulabit, non tamen peribit: sed quicumque peccat mortaliter non solum uapulat: sed perit. ergo non quicumque patitur lubricum carnis per actum luxurie mortaliter peccat.

¶ 1. Præ. Omne peccatum mortale alicui præcepto diuinae legis contrariatur: sed inter peccata luxurie solum adulterium præcepto legis contrariatur, illi. Præcepto. Non moechaberis. ergo solum adulterium inter actus luxurie est peccatum mortale. Sed dicendum, quod in prohibitione moechiae, id est adulterii intelligitur prohibitio omnis illiciti concubitus. ¶ 3. Sed contra, in prohibitione maioris peccati, non intelligitur prohibitio minoris peccati: sed adulterium est maius peccatum mortale alicui præcepto. ergo in prohibitione adulterii non intelligitur prohibitio simplicis fornicationis.

¶ 4. Præ. Omne peccatum mortale contrariatur charitati. per quam est actus uirtutis. secundum illud 1. Io. 3. Trāslati sumus de morte ad uitā. quia diligimus fratres: sed simplex fornicatio non contrariatur neque dilectioni Dei. quia non est peccatum in Deū, neque est dilectioni proximi: quia proximo non facit iniuriā. Mulier. n. sui iuris existens quod in actum simplicis fornicationis consentit, iniuriam non patitur: quia nullus patitur iniuriam uolens, ut Philosophus dicit in 5. Ethicor. ergo fornicatio secundum suum genus non est peccatum mortale.

¶ 5. Præ. Iud. dicit in lib. de Summo bono, quod si delectatio fornicationis plus delectat hominem quam amor castitatis. adhuc peccatum regnat in homine. Ex quo uis, quod fornicatio simul possit esse in homine cum uirtute castitatis: sed nullum peccatum mortale potest esse simul in homine cum uirtute. ergo fornicatio non est peccatum mortale.

¶ 6. Præ. Peccatum aliquod dupliciter minoratur, uno modo, per infirmitatem hominis alio modo, per magnitudinem impugnationis: sed homo patitur maiorem debilitatem circa peccatum luxurie quam circa peccatum gula, quia generatiua, ad quam pertinet peccatum luxurie, non solum est corrupta sicut nutritiua ad quam pertinet peccatum gula: sed etiam esse infecta. Similiter etiam maior est impugnatio ex parte hostis circa luxuriam quam circa gulam: quia praecipue diabolus

impugnat hominem de luxuria: ut patet per illud quod dicitur Iob 14. Virtus est in lumbis eius, & potestas eius in umbilico ventris illius, quod Gregorius refert ad peccatum luxurie. ergo uidetur, quod peccatum luxurie sit minus, quam peccatum gula: ut supra dictum est. ergo non omnis actus luxurie est peccatum mortale.

¶ 7. Præ. Corruptio naturae humanae consistit in rebellionem carnis ad spiritum: sed haec rebellio consecuta est ex peccato gulae. Dicit enim Bernardus exponens id, quod habetur Genes. 3. Vidit mulier lignum, &c. quod ab inordinata concupiscentia ligni uenti subsecuta est rebellio carnis ad spiritum. ergo uis nutritiua ad quam pertinet talis concupiscentia, est magis corrupta quam uis generatiua, & sic cum non omnis actus gulae sit peccatum mortale, uidetur quod multo minus omnis actus luxurie.

¶ 8. Præ. Pœna respōdet culpæ: sed maior pœna consecuta est uim nutritiuā ex peccato primi parentis, quam aliquā aliam uim animæ. Ad nutritiuā enim prius est uis & sitis, & alia huiusmodi quae interdum ducunt hominem usque ad mortem. ergo est maior culpa circa nutritiuam quam circa generatiuam, & sic idem quod prius.

¶ 9. Præ. Peccatum mortale esse non potest, nisi in ratione, ut per Aug. 12. de Trin. sed quandoque actus luxurie exercetur sine deliberatione rationis, sicut patet de Loth, qui ignoratē ad filias suas accessit, ut habetur Gene. 17. ergo uidetur quod actus luxurie non semper sit peccatum mortale.

¶ 10. Præ. Quia ratio absorbetur, non imputatur aliquod homini ad peccatum mortale: sed in actu luxurie tota ratio absorbetur quia, 1. Corint. 6. super illud, Qui fornicatur in corpus suū peccat. dicit Glossa hic proprie seruit anima corpori intantū, ut nihil aliud in ipso momento & experimēto tā magni flagitii cogitare homi liceat aut intendere, quia mentem capitiuā subdit ipsa submersio & absorptio libidinis, ergo ut quod actus luxurie non sit peccatum mortale.

¶ 11. Præ. Deute. 23. super illud, Non erit meretrix, &c. dicit Glossa. Ad eas prohibet accedere quare est uenialis turpitudine. ergo accedere ad meretricem est peccatum ueniale.

¶ 12. Præ. Commissio maris & feminae ordinata est ad actum generationis & educationis prolis: sed quicumque ex fornicario concubitu potest sequi conuenienter generatio & educatio prolis. ergo non omnis fornicarius concubitus est peccatum mortale.

¶ 13. Præ. Magis impedit bonū generationis, & educationis prolis, qui nunquam operi generationis intendit, quam qui ad mulierem accedit fornicario concubitu. Si ergo fornicarius concubitus esset peccatum mortale per impedimentum educationis prolis, multo magis seruare continentiam esset peccatum mortale: cum per hoc totaliter generatio prolis impediat.

¶ 14. Præ. Manifestum est, quod ex concubitu mulieris quod est sterilis uel uerula, generatio prolis sequi non potest: sed tamē hoc quandoque fieri potest sine peccato mortali in statu matrimonii. ergo etiam alii actus luxurie ex quibus non sequitur generatio & debita educatio prolis, possunt esse absque peccato mortali.

¶ 15. Præ. Mat. 5. dicitur, quod si anima fuerit trullata concupiscentia, & sit peccatum, non tamen est crimen: sed talis trullatio est actus luxurie. ergo actus luxurie non est crimen, siue peccatum mortale.

¶ 16. Præ. Delectatio fornicationis potest esse in cogitatione sola, non est peccatum mortale: sed consensus in uel

Quaest. diu. S. Tho. Y 4 male

Lib. 32. moral. cap. 11. in nouis ed. p.

In istom. 2. g. 2. m.

11. 12. ca. 12. tom. 3.

Glossa interlinearis ibi aduanda & ordinanda u. er illud omne peccatum extra corpus.

Glossa ordinata ibi ex Augusti.